QVADRAGINTA RESPONSA, QVIBVS QVAMPLVRIMÆ LEGES REGIÆ

explicantur, atque illuſtrantur, necnon nouus, ac diligens tractatus de ſecunda ſupplicatione cum pœna, & cautione. 1500. duplarum, atque alia, quorum indicem ſequens pagina monſtrabit.

AVCTORE PETRO NVÑEZ ABENdaño Iureconſulto præclariſſimo.

AD ILLVSTRISSIMVM D. D. DIDACVM Spinoſam. S.R.E. Cardinalem Epiſcopumq; Sigũtinum, Supremi ſenatus regij præſidem, ſummumq; fidei cenſorem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

SALMANTICÆ,

Excudebat Ioannes à Canoua.

M. D. LXIX.

CVM PRIVILEGIO.

Eſta taſſado en diez reales.

fernando perez Parejo

INDEX EORUM QVAE hoc volumine continentur.

Quadraginta reſponſa, quibus quamplurimæ leges regiæ declarantur, & eorum vera praxis demonſtratur.

Tractatus de ſecũda ſupplicatione cum pœna, & cautione.1500 duplarum ad legem de Segouia, quæ eſt lex.8.tit.4.lib.2. ordinamenti regalis. fol.89.

Tractatus de iniuria, circa intellectum & declarationem.l.2.tit. 9.lib.8.ordina. Regal. fol.100.

Tractatus primi & ſecundi decreti circa intellectum. l.1.tit. de los aſſentamientos lib.3, ordinamenti regalis. fol.116.

Declaratio leg.4.&.5.tit.de las excepciones.lib.3. ordina. regalis circa ſingularem lecturam D. Roderici Xuarez, quam inſeruit in.l. poſt rem iudicatam.ff.de re iud.fol.133.

Dictionarium Hiſpanum vocum antiquarum, quibus partitarum leges, & cæteræ regiæ conſtitutiones vtuntur cum aliquibus digreſsionibus in eorum intellectum multò copioſiùs, quàm fuerat antea excuſum.

ILLVSTRISSIMO D. D. DIDACO SPINOSÆ S.R.E. Presbytero Cardinali, Epiſcopóque Siguntino, Supremi ſenatus regij præſidi, ſummóque fidei cenſori Didacus Nuñez Abendaño Pet. filius.

S. D.

MVLTA SVNT A patre meo, (Princeps Illuſtriſsime) & ingenioſè inuēta, & magno adhibito iudicio de ciuili iure diſputata. ea ille vel occupationibus prohibitus, vel (vt ego exiſtimo) quòd amplius premenda putaret, nondum ediderat. Fuit enim ſemper excellentium ingeniorum, & de ſuis rebus incorruptè iudicantium neq; ſtatim ſibi ita placere, vt quæ ſemel fuderint, deſperent ſe meliora poſſe reddere, neq; ſeipſos vſq; adeò mirari, vt quod ſibi ſatis probetur, ab omnibus item probatum iri confidant. Quò mihi, qui patris ſenſum in hac re probè calleam, diligentiùs elaborandū fuit, ne ex rebus, quas ille parum ſe dignas fortè iudicauit, ex ijs ego eum quàm notiſsimum fieri ſtudeam, vt dum pius in illum videri volo, iniurius etiam fuiſſe videar. Id ne poſſet accidere cum voluendis eius ſæpiſsimè ſcriptis, tum verò cum doctiſsimis viris communicandis diligentiſsimè eſt à me prouiſum. Fuere mihi omnes quibus hæc legenda tradidi auctores, vt quamprimùm in lucem emitterentur, neq; probauere modo, ſed obteſtati ſunt me, ne maximo honore parentem, néue diutiùs noſtros homines tāto fructu, & vtilitate priuarem. Quæ cùm ego ſincerè dici certò ſcirem, feci etiam illorum vocibus adductus libentiùs, atq; cupidius, quod ipſe rem omnem attentiùs conſiderans, ſine cuiuſquam conſilio, & cohortatione multò antè mihi faciendum perſuaſeram. Cur autem hæc tibi conſecrarem, duæ potiſsimùm cauſæ fuerunt, & quòd in iure huius regni explicando verſantur, cuius cùm tu gubernacula, clauumq; teneas, non adſpernabere quæcunq; ſecundiſsimum curſum vel minima ex parte adiuuare

poſsint

RESPONSA QVAEDAM QVIBVS REGIAE LEGES DECLArantur, autore Petro Nuñez de Auendaño doctore iuris ciuilis.

Primum reſponſum.

SVMMARIVM.

1 *In iure noſtro quædam ſunt de ſubſtantia, quædam de ordine iudiciorum.*
2 *Oblatio libelli eſt de ſubſtantia iudiciorum.*
3 *Sententia debet in ſcriptis ferri.*
4 *In iudicijs requiritur litis conteſtatio.*
5 *Terminus ad reſpondendum eſt de ſubſtantia iudiciorum.*
6 *Iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantia iudiciorum.*
7 *Admiſsio ad probandum eſt de ſubſtantia iudiciorũ.*
8 *Publicatio atteſtationum eſt de ordine iudiciorum.*
9 *Concluſio in cauſa eſt de ordine iudiciorum.*
10 *Citatio eſt de ſubſtantia iudiciorum corroborata iure naturali.*
11 *In conſiſtorio regio fertur ſententia ſine citatione.*
12 *Iuramentum teſtis eſt de ſubſtantia naturali ipſius actus.*
13 *Iuramentum teſtis poteſt remitti ex conſenſu partium.*
14 *Omiſsio ordinis iudicialis non vitiat proceſſum.*
15 *Petitio debet in ſcriptis redigi.*
16 *Oblatio libelli, non poteſt remitti à parte ſine iudicis conſenſu.*
17 *Hodie proceſſus debet incipere à petitione in ſcriptis redacta.*
18 *Hodie in libello non requiritur concluſio, ſed ſufficit ſola narratio.*
19 *Iudex ex officio poteſt repellere generalẽ petitionẽ.*
20 *Ordo naturalis nunquam cenſetur ſublata.*
21 *Hodie valet proceſſus ſine conteſtatione.*
22 *Sententia poteſt ferri etiam ex alia cauſa, quàm illa ex qua agitur.*
23 *L. 11. tit. 1. lib. 3. ordinamenti an habeat locum tam in cauſa criminali, quàm ciuili.*
24 *Dict. l. 11. an habeat locum coram arbitris.*
25 *Clauſula, quod procedatur veritate inſpecta, operatur tantum, quantum illa ſine figura iudicij.*

A ME QVÆSITVM fuit, quis ſit clarus intellectus, & veritati amicus legis vndecimæ. titulo primo. libro tertio ordinationum regalium: nam licèt verba ſint clara, ſententia & mens legis non parum latere videtur. Pro cuius enucleatione nõ nulla ſunt præuidenda.

1 Præmito, ꝙ in iure noſtro quædam ſunt de ſubſtantia iudiciorum, quædam verò de ordine iudiciorum.

De ſubſtantia ſunt libelli oblatio, litis conteſtatio, & ꝙ ſententia feratur 2
in ſcriptis. glo. eſt in c. de cauſis. de off. delega. & de libelli oblatione Iaſſ. cumulat concordantes in §. tripli. nu. 35. Inſti. de actio. & de litis conteſt. eſt text. in c. cum cauſam. de appella. & gloſ. in c. dudum eccleſia. in parte, irritum. de electione.

Et ꝙ ſententia debeat in ſcriptis ferri, eſt gloſ. in parte, illuſtrium. in fine. 3
in c. fi. de re iudica. lib. 6. quod elegantiſsimè proſequitur Antonius in apoſtillis practicæ de exceptio. in titulo de impedimentis executionũ, in parte, alij.

Quæ omnia iure noſtro regio probantur: nam in cauſis quæ non ſunt modicæ & breuiores, debet libellus offerri. vt in l. 41. tit. 2. par. 3.

 Et

TRACTATVS DE INIVRIA CIRCA INTELLECTVM ET DEclarationẽ.l.2.ti.9.lib.8.ordina.Rega. elaboratus per eundem doctorem Petrum Nuñez de Auendaño.

Ley.ij. De las penas de los que injurian a otros.

haec est hodie lex 2. tit. 10. lib. 8. recopilationis de qua late Parladorius lib. 1. rerum quot. c. 17.

QVALQVIER que a otro denoſtare, o le dixere gafo, o ſodometico, o cornudo, o traydor, o hereje, o ala muger q̃ tenga marido puta, deſdigalo ante el alcalde, e ante hombres buenos, o al plazo que el alcalde le puſiere, y peche trezientos ſueldos, la meytad para nos, y la otra meytad al quexoſo, e ſi dixere otros denueſtos, deſdigaſe ante el alcalde y ante hombres buenos, e diga que mintio en ello: e ſi hombre de otra ley ſe tornare chriſtiano, y alguno lo llamare tornadizo, peche diez mil marauedis al rey, y otros tantos al querelloſo, e ſino tuuiere de que los pechar, peche lo que tuuiere, y por lo que fincare yaga vn año enel cepo, e ſi ante de vn año pudiere pagar, ſalga de la priſion.

SVMMARIVM.

1 *Verba magis ſunt in promptu quàm facta.*
2 *Conſuetudo legem mutatur.*
3 *Qualiter debeat impetrari gratia ſecunda maleficij.*
4 *In impoſitione pœnarum, attenditur conſuetudo.*
5 *Verba & facta diuerſè iudicantur.*
6 *Iracundia excuſat a pœna ordinaria.*
7 *Iniuria verbalis poteſt fieri abſenti.*
8 *Iniuria poteſt fieri defuncto.*
9 *Mandans tenetur actione iniuriarum huius legis.*
10 *Qui non profert iniuriam certam, non tenetur actione iniuriarum.*
11 *Sufficit proferre verba generalia, dummodo conſtet de intentione.*
12 *Declaratio ad l.21.tit.9.parti.7.*
13 *Pœna iniuriæ verbalis hodie non eſt arbitraria.*
14 *Iudex qui remiſit pœnã à lege impoſitam, poteſt conueniri in ſyndicatu.*
15 *Pœna contradictionis eſt corporis afflictiua.*
16 *Illatio magni ruboris habetur pro pœna corporali.*
17 *In delicto contradictionis non habet locum fideiuſſoria cautio.*
18 *Condemnatus vt contradicat, exacta pœna efficitur infamis.*
19 *Pœna contradictionis non impleta, venit per iudicem*

INCIPIT TRACTATVS PRIMI ET SECVNDI DECRETI, quem compoſuit idem doctor.

P. Nuñez de Auendaño in.l.1.tit.de los aſſentamientos.lib.3. ordinamenti.

❧ Ley.j. De como ſe ha de hazer aſſentamiẽto contra el emplazado que fuere rebelde.

El Rey don Alonſo en ſegouia Año de.1385.

LOS REbeldes q̃ no quieren venir ante el juzgador, a los emplazamientos que les ſon pueſtos, no deuẽ ſer de mejor cõdicion q̃ los que vinierẽ a parecer ante ellos. Y por eſto tenemos por bien y mãdamos, que ſi el demãdado fuere emplazado por tres emplazamientos, e no viniere alos plazos, o a alguno dellos, y ſe fuere ſin mãdado del juzgador, que dende en adelante el juzgador vaya por el pleyto adelãte, o recebir teſtigos del demandador, o otras prueuas q̃ ouiere para prouar ſu intenciõ, aſsi como ſi el pleyto fuere conteſtado, y dar ſentẽcia diffinitiua en el, ſin otro emplazamiento. Pero ſi el demãdador quiſiere e pidiere q̃ ſe haga aſſentamiento, y no quiſiere yr por el pleyto adelante a dar prueuas enel, q̃ el juzgador ſea tenido alo hazer, y el aſſentamiẽto, q̃ ſe haga en eſta manera, q̃ ſi la demanda fuere real, que el demãdador ſea pueſto en la tenencia dela demanda, y ſea tenido el demandado de venir a purgar la rebeldia haſta dos meſes del dia que fuere pueſto, y hecho el aſſentamiento, o lo embargare el demandado, que no ſe haga. E ſi fuere demãda a perſona, que ſea pueſto el deman-

TRACTATVS SEV DECLARATIO AD. L. QVARTAM ET quintam.tit.de las excepciones lib.3.ordina.Regal. circa ſingularem lecturam domini Roderici Xuarez, quam inſeruit in.l.poſt rem iudicatam.ff.de re iudica. elaborata per eundem doctorem Petrum Nuñez de Auendaño.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio quòd procedatur via executiua nõ valet.*

2 *Extrinſeca non debent præſumi.*

3 *Mandatum non præſumitur.*

4 *Specialia ſi non apparent, nõ debent haberi in conſideratione.*

5 *Valet ſtatutum, vt inſtrumenta guarentigia habeant executionem paratam.*

6 *Qualitas à lege requiſita debet probari.*

7 *Quod debetur ex contractu publico, dicitur ius certum.*

8 *Iura communia in Hiſpania non habent autoritatem legum.*

9 *Clauſula, qua datur iudicibus poteſtas exequendi, quid operetur.*

10 *Declaratio ad.l.1.titul.17.lib.8.ordinamenti Regal.*

11 *In contractibus non habet locum remiſsio.*

12 *Creditores de iure communi nullum ius habebant in perſonam debitoris.*

13 *Caſus, in quibus in ciuilibus habet locum captura perſonæ.*

14 *Valet ſtatutum, quòd poſsit incipi à captura.*

15 *Propter iuramentum tenetur quis præciſe ad factum.*

16 *Lex loquens ſimpliciter & indefinitè, qualiter debeat intelligi.*

17 *In delictis habet locum remiſsio.*

18 *Qui petit remiſsionem, debet mittere informationem delicti.*

19 *An valeat priuilegium, quo impeditur remiſsio.*

20 *Qualitates quæ requiruntur in contractu vt exequatur.*

21 *Non valet ſtatutum, quòd in contractibus nõ apponatur dies nec locus.*

22 *Obligatio certa quæ dicatur.*

23 *In iudicio ante omnia eſt legitimanda perſona.*

24 *Inſtrumentum cancellatum non poteſt exequi.*

25 *Executio an habeat locum contra hæredem cum inuentario.*

26 *Executio non habet locum contra tertium poſſeſſorem.*

27 *Intellectus ad.l.2.tit.fina.libro quin. ordina.Rega.*

28 *Exceptio quæ à lege ineſt ex natura contractus, nunquam cenſetur excluſa.*

29 *Solutio facta creditori creditoris eſt vera ſolutio.*

30 *Delegatio an ſit ſolutio.*

31 *Falſitas quid ſit.*

32 *Fuerça ſumitur in bonam partem.*

33 *Compulſio iudicis eſt exceptio legitima.*

34 *Exceptio compromiſsi impedit executionem.*

35 *Sententia arbitraria debet præſentari in ſcriptis.*

36 *Vbi requiritur idoneus fideiuſſor, non ſufficit principalem eſſe diuitem.*

37 *Reductio ſententiæ arbitrariæ coram quo iudice debet peti.*

PETRI NVÑEZ DE AVENDAÑO IVRIS CIVILIS DOctoris Dictionarium Hiſpanum, legibus partitarum regni Caſtellæ probatum, & ad faciliorem intellectum eorum, quæ hic continentur, hic additum.

PROOEMIVM.

PORQVE LOS NOMBRES FVERON hallados para ſignificar la propria naturaleza delas coſas y ſus effectos, y muchas vezes en las leyes y prouiſiones reales, priuilegios, y ſentencias, contractos, y vltimas voluntades, ſe ponen palabras compendioſas, y de varias ſignificaciones: por lo qual ſuele naſcer dubda y ambiguidad en las dichas diſpoſiciones, y algunos letrados van a buſcar el verdadero entendimiento al derecho comun de los Romanos, como quiera que los Caſtellanos deuen yr a lo ſaber delas leyes deſtos reynos, mayormente de las ſiete partidas, do eſta la verdad dela juſticia ſummada ſegun nueſtra religion Chriſtiana, pues los Chriſtianiſsimos y muy Catholicos Reyes Caſtellanos las ordenaron, y mandaron guardar. Por lo qual conſiderando q̃ la memoria delos hombres es deleznable, para ayudar algo a ſu flaqueza, pareſcio me por vtilidad comum hazer vn Dictionario de vocablos Caſtellanos, ſin compoſicion de otros, allegando las leyes Reales do eſtan declarados: porque con ello ſe tome verdadero entendimiento, dela dubda que ſe offreſciere. Sobre lo qual puſe algunas digreſsiones, para entender ſe vnas leyes por otras. Y tambien me moui a hazer eſto, imitando graues doctores, que para el derecho comun lo compuſieron: el qual tambien para mayor facilidad por las letras del. a. b. c. diuidi en la manera ſiguiente.

Nam in qua cunque materia, etiam ſi ſit odioſa, aſſumenda eſt interpretatio à propria ſignificatione vocabuli. vt in. l. cũ lege. & ibi Aretinus ff. de teſtament. & notat Calde. in conſi. 2. de conſanguin. & affi. & Deci. in c. cum ordinem. de reſcriptis. & Aymon de tempo. antiquitate ſub. nume. 156. Conſuetudo tamen ſæpe mutat proprias ſignificationes verborum. vt. l. nõ aliter. &

A

AB inteſtato. l. 1. titu. 13. part. 6. y ſegun eſta ſe han de entẽder la. l. 6. y. 7. y. 9. y. 12. y. 22. y. 36. y. 54. en las leyes de Toro, y la. l. 1. ti. 14. lib. 3. delas ordenanças Reales, y las otras

INDEX.

Vſuſfructuarius non dicitur poſsidere immobilia, vt liberetur à ſatiſdatione. fol.24.col.4.

Vſuſfructuarius non dicitur dominus rei, eodem loco.

Vſurarius non præſumitur mutuaſſe gratis.fol.208.pagina.2.

Vſurarius qui reſtituit vſuras antequam conueniatur, non cenſetur vſurarius. fol.eodem.

Vnus teſtis quando faciat præſumptionẽ ad torturam.fol.200.

Vxor non continetur ſub nomine creditorum mariti.fol.16.col.1.nu.9.

Vxor quando poſsit reiuendicare maritum.fol.16.col.3.

Vxor dicitur de foro & familia viri.fol.82.colu.2.nu.2.

Vxor mariti banniti lucratur ſibi omnia quæ habet durante banno. fol.173. pagina.2.

¶ Finis.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GENOVA

SALMANTICAE

Excudebat Ioannes à Canoua.

Anno Domini.

1569.

Domin. Anenda. 3. cap. 15. n.° 5 v.° 7 corrochos tenet quod sicut maiores non audiunt in pena pecuniaria, post annum a die sententie in absentia late. eodem modo nec minores etiam petita in integrum restitutio, cuius ratio est, quia ex dicta l. regia pecuniam sibi interpretata, minor debet pronunciari perpetrator delicti a iudice, sed minores non restituuntur ad ipsum delictum ut in l. 1. C. ex toto. C. si adv. delictum l. auxilium ff de minor. idem [illegible] Villalob. in Anthyna. [illegible] n.° 7.

hec tamen opinio michi rigurosa v.° nec placet (meliori iudicio salvo) presupone quod esset condemnacio facta ex indiciis cum fuga 1. quod negari non potest quod tunc minor propter contumaciam condemnetur, si non esset presens iudicia non sufficerent ad condemnationem minor aut adversus contumaciam restituitur ut in l. minor etiam ff de minor. igitur restitui debet in [illegible] nostra

2.° magis receptum est minorem restituendum adversus propriam confessionem delicti, quando ex ea sola constat de delicto. angel. [illegible] tum § minores n.° 2. ff de confess. que opinio est vera, [illegible] l. [illegible] et postea § si minor n.° 7 [illegible] ff de [illegible]

firmari. Idem eo dicendum et quando est plena probatio
in porem absentem et ex eo est condemnatus nam
post annum se representando poterat petere dicto
non ad ... delictum sed ut possit docere ignorantiam
innocentiam suam probando negativam vel repellendo testes
et comprobatur opinio ... quia lex regia vocat absentem
esse declarandum perpetratorem delicti ex eo est quia non comparuit in
terminis assignatis per judicem qui eum per edictum vocavit ut colligitur
ex mente ipsius legis regiae et licet in non comparendo delictum com
mittat quia non obtemperat ... judicis praecepto. tale delictum
non est in facien... Et hanc opinionem tenet nobilis
do ut anendandse... clare in concordia
tit, sed in omitt... ... dict. A
omittet ... ... 17 ... A ... in l.
ra ... in dicto ... 4 ... lib. 4 ... compi ...
et propterea por... ... fol. 143 ...
petrator declara... post mea ... firmata
ad ... delictum an... ... defendit ...
in omittendo ... ... non allegatis. Nobilis ...
restituti ... minor... gallecus in lib. de nobil. ...
ut est l. in l. si excausa ... Glosa 81. n. 24. fol. 182.
si in commissum ... de minor.
quem dicit singul. Cremens.
singul. 29. ergo in nostro casu
restitutum debet quod si mihi con
probat ... minor sit in
exilium damnatus, nec id in
plevit ex eo quod non exivit
civitatem a qua fuit exulatus
restituit, quia commissit delictum
in omittendo ista tenet Anto. ...
lib. 3. de delict. c. 1. num. 59. ...
sequitur, si exisset civitatem
postea vero antequam adimpleret
exilium redidisset tunc in ...
mittet delictum in faciendo nec restituetur
l. 1. ... C. si adversus debet.

28
20
28
56
588
...
55...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA